

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6460

Autre(s) référence(s) : Bates 47 / Round 1409

Auteur(s) : Galeran, fils de Renouf [particulier]

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1068-1079]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Galeran [fils de Renouf] donne l'église de Bures St Mary (Suffolk) à l'abbaye Saint-Étienne de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 5.

b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 47, p. 222-223.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1409. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 116.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 222-223).

Texte établi d'après b

EGO WALERANDUS pro salute domini mei WILLELMI REGIS Anglorum et ducis Normannorum, et pro salute ac redemptione animæ meæ atque pro animabus tam patris et matris mee quam uxoris ac filiorum meorum, trado aecclesiæ Dei quæ in honore beatissimi STEPHANI Cadomi sita est aecclesiam sanctæ MARIAE quæ michi in Buri est et omnia quæ ad eam pertinent, id est terram duarum carucarum, molendinum unum, et totam aquam que ibidem est, sicut usque nunc in meo dominio habere solitus sum. Ea quoque que michi vicina ibidem sunt pascua, omnibus eiusdem loci animalibus communia esse permitto. Præterea ducentis porcis ubicumque mei fuerint singulis annis pascua concedo. Ecclesiam autem eo tenore trado, ut si Cadomensis abbas eundem locum ad Dei servitium aptum providerit, et ubi monachi honeste et regulariter vivere valeant congruum iudicaverit, ibidem monachos constituat. In cuius providentia committo quicquid ei de eadem aecclesia melius et convenientius secundum Deum statuere placuerit. Trado etiam omnem decimam terrarum ac rerum mearum tam in animalibus quam in cæteris rebus, meorum vero hominum tantum in segetibus. Omnes quoque presbiteros cum suis aecclesiis

æcclesiarumque beneficiis et quas a me retinent terris, et domum quandam Nundoniæ sicut habere solitus sum propria voluntate concedo. Ut autem hoc in perpetuum firmum habeatur, meis precibus dominus meus rex propria manu firmavit, et ut in supradicto monasterio consistentes monachi ad omnia quibus indigerint ligna in meo ne more succidendi licentiam habeant, mea postulatione propria annotatione roboravit.

Mathildis reginæ + signum. Willelmi + regis Anglorum signum. Johannis + archiepiscopi signum. Rogeri + Belmontensis signum. Roberti + Bellemontensis signum.